



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De fraude pretii, & eius iustitia cap. 46. 47. & 48.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

aperire est peccatū mortale, quando aperiens non est superior, vel amicus, aut in suam necessariam defensionem id facit, vel ex rati-  
habitione.

*De fraude pretii, & eius iustitia*  
Cap. 46. 47. & 48.

**F**raus est\* deceptio alterius, o-  
pera exhibita, quæ procedit ex  
fallacia, & est vitium contra  
prudentiam, & frequentius, mor-  
tale. Iustum pretium est duplex:  
Legitimum, quod lege taxatū est,  
& naturale, quod iuxta rei valo-  
rem ex cōmuni æstimatione bo-  
norum mercatorum, in rebus quæ  
communiter venduntur, in iis ve-  
ro quæ non communiter, ex æsti-  
matione prudentis mercatoris:  
Precium legitimum est perma-  
nens, & immobile: Naturale verò  
subinde mutatur, & aliud est in-  
finum, aliud medium, aliud tri-



gorosam seu summam, cuius varietatis causa est duplex, copia, vel inopia mercium & emptorum: quando enim sunt plures merces ac vitroneæ, & pauci emptores, res sunt vilioris pretii & contra, & hinc est ut ea quæ veniunt sub hasta, vel à proxenetis, multo minoris emi possint quàm valeant, & carius etiam possint vendi, quando emptores inter se certant, modò utrobique absit fraus. Quibus positis, tres ponemus conclusiones. \*Prima. Res ad vitæ ornamentum, vel delectationem pertinentes non habent precium naturale certum, sed tantum possunt vendi, quantum venditor potest extorquere citra fraudem, quales sunt statuarum antiquarum, gemmarum &c. \*Secunda. Notabilis excessus in iusto precio legitimo, vel naturali, est mortale & obligat ad restitutionem. \*Tertia concl. Qui vendit potest supra iustum rei precium exigere dam-



num emergens in vendendo, non tamen potest vendere utilitatem, quam qui emit, accipiet ex redempta supra illius valorem, damnum enim est emptoris, sed utilitas, alterius, & nullus vendere potest, quod suum non est.

*De Fraude ratione rei vendite.*

Cap. 49.

**T**Riplex fraus in re vendenda esse potest, in rei substantia, ut si quod non est, vendatur pro eo quod est, ut quod non est aurum, pro auro: in quantitate, ut si quod non est tantum, vendatur pro tanto, in qualitate, ut si quod non est tale, pro tali, vendatur. Vendere rem vitiosam tanti quanti non vitiosam, est peccatum mortale, & obligat ad restitutionem, nisi materia leuitas, aut venditoris ignorantia excuset: si autem vitium est manifestum, & emptor